



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De damnatione episcoporum, accusantium episcopum absque autoritate
apostolicæ sedis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

vltra prouinciaē terminos, accusandi ante licentia nō est, q̄ audiētia rogetur. Quod si quoquo modo præsumptum fuerit, statuerunt, vt, antequam & proprius locus, & sua omnia ei legibus redintegrantur, nullatenus à quoquam accusetur, aut criminetur: & nisi spōtē elegerit, cuiquam pro talibus respondeat. Sed postquam vt præfixum est, restitutus fuerit, & sua omnia ei legibus redintegrata sunt, dispositis ordinatisque suis, magnum spatium tractandi causam ei concedatur. Et postea si necesse fuerit, regula riter vocatus veniat ad causam: &, si iniustē visum fuerit, accusantium propositionibus sustentatione fratrum respondeat. Nulla enim permittit ratio, dum ad tēpus eius bona, vel Ecclesiæ, atque res ab æmulis aut à quibuscumque detinentur, vt aliquid illi obiici debeat, nec quicquam potest ei quomodolibet maiorum, vel minorum obiici, dum Ecclesiæ vel rebus aut potestatibus caret suis.

De damnatione Episcoporum accusantium Episcopum, absque autoritate apostolicæ sedis.

Cap. CLXXV.

Si quis ab hodierna die & deinceps Episcopum præter Cap. In-
huius sanctæ sedis sententiam dānare, & à propria pel- ly papæ
lere sede præsumperit, sciat se irrecuperabiliter esse dā- 8. Orient
natum, & proprio perpetim carere honore: eosque qui talib⁹ ept
absque huius sedis sententia sunt electi, vel damnati, hū- scopis miss
ius sanctæ sedis autoritate scitote pristinam recipere cō sum.
munionē, & in propriis restitui sedibus. Quoniā & prius,
à tempore scilicet apostolorum, haec sanctæ huic sedi cō-
cessa sunt, & postea in memorata Nicæna synodo propter
prauorum hominum infestationes, atque hereticorū per-
sequitiones: & insidiantium molimina fratrum, sunt con-
corditer ab omnib⁹ roborata, vt magis singuli præuideat,
ne talia audeant perpetrare.

*Vt accusatus vel iudicatus ab episcopis compronincti-
libus licenter appellat, & adeat Romanum
pontificem.* Cap. CLXXVI.

Ex decr.

Victoris

papæ cū-

etis fra-

tribus A.

lexædriæ,

cap. 1.

Placuit vt accusatus, vel iudicatus Episcopus à cōpro-
vincialibus in aliqua causa episcopis licēter appellat, &
adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut

E ii

cap. 1.